

Aquæ hordeatæ m. libras duas.

SOLVE gummi in aqua hordeata calida; et cum aqua penitus refixerit, amygdalis cum saccharo contusis gradatim affunde, simul terens, ut lactescat; deinde liquorem cola.

LAC AMMONIACI.

R. Gummi ammoniaci p. drachmas duas,

Aquæ pulegii simplicis m. libram dimidiam.

TERE gummi in mortario cum aqua, donec solvatur.

SPIRITUS VINOUS

camphoratus.

R. Camphoræ p. uncias duas,

Spiritus vinosi rectificati m. libras duas.

MISCE, ut camphora solvatur.

S Y R U P I.

UBI pondus sacchari non præscribitur, intelligendum est, in singulas liquoris mensuras librales pondus sacchari esse debere uncias viginti novem. Saccharum sit purissimum, in pulverem redactum; et balnei calore liquetur, nisi aliter præscriptum sit: syrpus vero confetus in posterum diem seponendus est, quando crusta saccharina, si quæ supernatet, auferri debet.

S Y-

SYRUPUS ex ALLIO.

R. Allii concisi p. libram unam,
Aquaæ bullientis m. libras duas.

M A C E R A in vase clauso per horas duodecim,
et in liquore colato dissolve saccharum, ut fiat
syrupus.

SYRUPUS ex ALTHÆA.

R. Radicum recentium althææ p. libram unam,
Sacchari purissimi p. libras quatuor,
Aquaæ congium unum.

C O Q U E aquam cum radicibus ad dimidium;
postquam penitus frigefacta est, effunde et ex-
prime; liquor seponatur per noctem, ut fæces
subsident; mane defæcatum liquorem effunde,
et, addito faccharo, ad sex librarum pondus
coque.

SYRUPUS e CORTICIBUS
AURANTIORUM.

R. Flavedinis corticum aurantiorum Hispalensium
recentis p. uncias octo,
Aquaæ bullientis m. libras quinque.

M A C E R A per noctem in vase clauso, mane
in liquore colato dissolve saccharum purissimum
in pulverem redactum, ut fiat syrupus.

SYRUPUS BALSAMICUS.

R. Balsami Tolutani p. uncias octo,
Aquaæ m. libras tres.

Co-

C O Q U E per duas vel tres horas in vase circulatorio, vel saltem in matracio longi colli, orificio leviter testo; liquori, postquam refrierit, colato admisce saccharum purissimum, ut fiat syrpus.

SYRUPUS CARYOPHYLLORUM rubrorum.

R. Caryophyllorum rubrorum recentium, præcisus unguibus, p. libras tres,
Aquaæ bullientis m. libras quinque.

M A G E R E N T U R per noctem in vase vitro, vel terreo vitreato; et in liquore colato dissolve faccharum purissimum, ut fiat syrpus.

E O D E M modo conficitur syrpus e floribus Paralysis.

SYRUPUS CROCI.

R. Vini crocei m. libram unam,
Sacchari purissimi p. uncias viginti quinque.

S O L V E N D O saccharum fiat syrpus.

SYRUPUS CYDONIORUM.

R. Succi cydoniorum defæcati m. libras tres, Cinnamomi p. drachmam unam, Caryophyllorum aromaticorum, Zingiberis, singulorum p. drachmam dimidiam, Vini rubri m. libram unam, Sacchari purissimi p. libras novem.

S u c-

S U C C U S cum aromatibus cinerum calore per sex horas digeratur; deinde vinum adjiciens cola; liquori colato adde saccharum; ut fiat syrpus.

SYRUPUS e SUCCO LIMONUM.

R. Succi limonum, postquam fæces subsfederint, colati M. libras duas,

Sacchari purissimi p. uncias quinquaginta.

SOLVATUR faccharum, ut fiat syrpus.

SIMILITER conficiuntur syrupi e succis Mororum, et Fructus rubi Idæi.

SYRUPUS e MECONIO,

sive

DIACODION.

R. Capitum papaveris albi siccatorum, seminibus exemptis, p. libras tres cum dimidia, Aquæ congijs sex.

C A P I T A concide, et in aqua coque, subinde peragitans, ne urantur, donec tertia circiter pars liquoris remaneat, quæ tota fere a capitibus imbibetur; deinde remove ab igne, et fortiter expime; postea coquendo redige ad quatuor circiter librarum mensuram, et, dum adhuc fervet, cola, primum per cribrum, deinde per pannum laneum tenuem, et sepone per noctem, ut fæces subsidant: mane purum liquorem effusum coque cum pondere facchari purissimi librarum sex, donec pondus totius sit librarum novem, vel paulo plus, ut fiat syrpus idoneæ spissitudinis.

SYRU-

SYRUPUS PAPAVERIS ERRATICI.

R. Florum papaveris erratici recentium p. libras quatuor,
Aqua bullientis m. libras quatuor cum semisse.

AQUA floribus affusa imponatur super ignem, et flores saepe moveantur, donec penitus madeant; et cum primum in aquam sint demersi, seponantur per noctem ad macerandum; postridie effuso et expresso liquore, sepone per aliam noctem, ut fæces subsidant; deinde saccharo purissimo fiat syrups.

SYRUPUS PECTORALIS.

R. Foliorum trichomanis siccatorum p. uncias quinque,
Glycyrrhizæ p. uncias quatuor,
Aqua bullientis m. uncias quinque.

M A C E R A per aliquot horas, et in liquore colato dissolve saccharum purissimum, ut fiat syrups.

SYRUPUS ROSARUM SOLUTIVUS.

R. Liquorem ex roscarum Damascenarum p. libris sex post distillationem residuum,
Sacchari purissimi p. libras quinque.

L I Q U O R E M expreßum ad trium librarum mensuram coquendo redige; sepone per noctem, ut fæces subsidant; mane defæcatum effunde, et, adjecto saccharo, eoque ad pondus librarum septem cum dimidia.

F

SY-

SYRUPUS SCILLITICUS.

R. Aceti scillitici m. fesquilibram,
Cinnamomi,
Zingiberis, singulorum p. unciam unam,
Sacchari purissimi p. libras tres cum dimidia.

MACERA aromata per triduum in aceto, et
liquori colato adde saccharum, ut fiat syrups.

SYRUPUS SIMPLEX.

AQUA solvatur saccharum purissimum, ut
fiat syrups.

SYRUPUS e SPINA
CERVINA.

R. Succi baccarum maturarum et recentium spi-
næ cervinæ congium unum.
Cinnamomi,
Zingiberis,
Nucis moschatæ singulorum p. unciam unam,
Sacchari purissimi p. libras septem.

SE PONE succum per aliquot dies, ut fæces
separentur; deinde cola, et in aliquâ succi par-
te macera aromata; coque reliquum, sub finem
addens eam partem, in qua aromata macerata
sunt, prius colatam, ut totus redigatur ad men-
suram quatuor librarum; denique saccharum
adde, ut fiat syrups.

SYRUPUS VIOLARUM.

R. Violarum recentium, et bene coloratarum p.
libras duas,
Aquæ bullientis m. libras quinque.

MA-

M A C E R A per integrum diem in vase vetro, vel saltem terreo vitreato; deinde effundatur liquor et coletur per linteum tenue, diligenter evitata omni expressione; postea faccharo purissimo fiat syrpus.

SYRUPUS ZINGIBERIS.

Rx. Zingiberis tenuiter concisi p. uncias quatuor,
Aquaæ bullientis m. libras tres.

M A C E R A per aliquot horas, et cola; deinde addendo faccharum purissimum fiat syrpus.

CONFECTIO ALKERMES.

Rx. Succi granorum kermis tepefacti, et colati p. libras tres,

Aquaæ rosarum Damascenarum m. uncias sex,
Olei cinnamomi p. scrupulum dimidium,
Sacchari purissimi p. libram unam.

S A C C H A R U M cum aqua rosarum balnei calore liquefac in syrump, deinde succum kermes immisce, et, postquam refrixerit, oleum cinnamomi.

MELLA et OXYME.

LITA.

MEL ÆGYPTIACUM.

Rx. Æruginis minutissimæ tritæ p. uncias quinque,
Mellis p. uncias quatuordecim,
Aeciæ m. uncias septem.